



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Petri Francisci Chiffletii, Vesontionensis, Societatis Jesu
Presbyteri, Opuscula Quatuor.**

Chiflet, Pierre François

Parisiis, 1679

Abschnitt

urn:nbn:de:hbz:466:1-9409



Inter Jesuitas Germanos doctissimi meritò putantur Jacobus Gretserus, & Matthæus Raderus. Hi quantum abhorruerint à Criticis incredulis, qui fortium ingeniorum titulum & glorio- lam aucupantur, cognosce ex alterius eorum verbis sequentibus.

Ex Matthæi Raderi Bavariâ Sanctâ, in Sancto Henrico Imperatore.

„ **O**MITTO hîc claudicationis, sta-
„ teræ, & calicis aurei in morte visi,
„ calculi, morbi, aliâque apud antiquos
„ Scriptores, & membranâ Babenber-
„ gensibus notata miracula; non quòd ea,
„ quemadmodum profanissimi quidam, &
„ ab omni Numine, verâque religione de-
„ ferti, somnia credam. Dormiant illi som-
„ num suum, & nobis fidem cum pietate
„ relinquunt; sed quòd plura sint (præ-
„ fertim quæ post Imperatoris mortem
„ sunt perscripta) quàm ut hîc percen-
„ feri commodè possint, & singulari vo-
„ lumine nuper ab nostro Gretsero com-
„ prehensa legantur.

OPUSCU-